Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2187
Quelle:
Copyright:

Deo gratias. Quibus ſubjunctus eſt brevis ad B. V. Sermo. Ad quendam Sodalem *Ordinis Minorum*, cui, maxime poſt *Bernardinum Senenſem*, domeſtica fuit Nominis *Jeſu* veneratio, pertinere Opuſculum, vix ambigo; quin *Thomam de Staveshaw* ſ. *Staucham*, *Straversbanum*, *Shaveſtenum*, ut diverſis ſcribitur, *Franciſcanum Anglum Avenione* 1346. defunctum *de Excellentia nominis Jeſu* librum reliquiſſe, ex *Baleo*, *Pitſeo* et *Lelando* teſtantur *Waddingus* et *Tannerus*. Quod ſi tamen cum Librario noſtro ſentire quis velit, rariſſimum fateatur, oportet, Scriptum, quod *Vaticanorum Bonaventurae* Editorum oculos fugerit, neque a *Lugdunenſibus* deinceps ſit adjectum.

DLXXV.

438 Codex chartaceus germ. ſcriptus an. 1500. Folior. 39. 4. continet: I. Paraphraſin Opuſculi *Joh. Gerſonis de Mendicitate Spirituali*, quod extat *Opp. omn.* edit. dictae *Antwerp.* 1706. T. III. *col.* 487. f. Initium: *Hie faubet ſich an ain andechtiger loblicher tractat des Hochgelerten Doctors Johanns Gerſon Cantzler zuo paryſs Von dem gaiſtlichem bettel oder von dem Haimlichen geſprech der ſel zuo dem menſchen vnd iſt die ſel fragen vnd der menſch git antwurt* &c. Incipit igitur Homo: *O min arme ſel O min ſchwache ſel O min lame ſel O du min erbarmliche ſel O du nutz guotz in dir oder vſs dir haſt* &c. Paraphraſin dixi; non enim preſſe Sententiis et verbis Autoris inſiſtit Interpres anonymus, qui mihi ad *Helvetiae* confinia pertinere videtur. In Exemplo noſtro *Prima* tantummodo Opuſculi *Pars* comparet, quae finit: *Dardurch du magſt vberkomen gottes gnad hie in dieſer Zitt Vnd dort ewige ſäligkait Amen. Anno &c. im funffzehen hundert Jar.* Idem Opuſculum *Gallice* extare dicitur in 4. *Codicibus Victorinis* edit. *col. ſuprac.*

II. *fol.* 12. p. 2. Sententiarum e ſacris Literis et PP. Συνταγμα ad Homines Inſtituti monaſtici confirmandos et ſolandos hoc titulo: *Hie nach volgent ietliche hailſame lere vnd Spruch der hailigen lerer vſsgezogen vſs mancherlay bucher mit flyſs fur etlich gaiſtlich perſonen die mir inſonder in gaiſtlicher liebe enpfolhen ſeind* &c. Autorem eundem puto cum ſuperiore Interprete, et quidem e Familia Benedictina; ait enim *fol.* 14. *Des ſpricht wol in der regel vnſer hailiger vatter Benedictus.* Sanctimoniales ab eo potiſſimum reſpici, patet *fol. eod. Hie merck du dienerin gottes mit allen flyſs.* Et *fol.* 24. p. 2. *Vberlyſs diſs büchlin dick* (oft) *wann ich hon es von hertzen gern geſchriben vnd nit on ſchaden vnd vſs liebe vnd mitliden des bleden zartten geſchlechts minen lieben ſchweſtern.* Ad calcem: *Diſes biechlin iſt geſchriben worden in*

dem